Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Altes Testament, 2. Teil - Cod. Aug. perg. 89

[S.l.], Datierung unklar

Ionas propheta; prologus

urn:nbn:de:bsz:31-67620

Visual Library

paucitate. nunc in toto orbe xpi pascit
ecclesias. Et sicut stephanus coronam meru-
it passionis: sic hic de servitute dei cum
paulo apostolo nomine gratur. Porro abdias ser-
vus domini in nostro sonat eloquio. Explicit
prologus. Incipit abdias propheta.

Visio abdie. Hec dicit dominus
deus ad edom. Auditum au-
divimus a domino: et legatum
ad gentes misit. Surgite:
et consurgamus adversus eum in prelium.
Ecce parvulum te dedi in gentibus: contemp-
tibilis tu es valde. Superbia cordis tui
extulit te: habitantem in scissuris petra-
rum exaltantem solium tuum: qui dicis in corde
tuo. Quis detrahet me in terram? Si exal-
tatus fueris ut aquila: et si inter sidera
posueris nidum tuum: inde detraham te
dicit dominus. Si fures introissent ad te. si
latrones per noctem: quomodo conticuisses?
Nonne furati essent sufficientia sibi? Si vin-
demiatores introissent ad te. numquid non
saltem racemos reliquissent tibi? Quomo-
do scrutati sunt esau. investigaverunt ab-
scondita eius? Usque ad terminum emiserunt
te. Omnes viri federis tui illuserunt tibi:
invaluerunt adversum te viri pacis tue.
Qui comedunt tecum. ponent insidias
subter te. Non est prudentia in eo. Numquid
non in die illa dicit dominus perdam sapientes
de idumea: et prudentiam de monte esau?
Et timebunt fortes tui a meridie: ut in-
tereat vir de monte esau. Propter interfec-
tionem et propter iniquitatem in fratrem tuum iacob.
operiet te confusio: et peribis in eternum. In
die cum stares adversus eum quando capiebant
alieni exercitum eius: et extranei ingredie-
bantur portas eius: et super ierusalem mittebant
sortem: tu quoque eras quasi unus
ex eis. Et non despicies in die fratris tui. in
die peregrinationis eius: et non letaberis
super filios iuda. in die perditionis eorum:
et non magnificabis os tuum in die
angustie: neque ingredieris portam
populi mei in die ruine eorum: neque despi-
cies et tu in malis eius in die vastitatis
illius: et non emitteris adversus exercitum
eius in die vastitatis illius. Neque stabis
in exitibus ut interficias eos qui fuge-
rint: et non concludes reliquos eius in
die tribulationis. Quoniam iuxta est dies domini
super omnes gentes. Sicut fecisti fiet tibi:
retributionem tuam convertet in caput tu-
um. Quomodo enim bibisti super montem
sanctum meum. bibent omnes gentes iugi-
ter: et bibent et absorbebunt: et erunt
quasi non sint. Et in monte syon erit
salvatio: et erit sanctus: et possidebit domus
iacob eos qui se possederant: et erit
domus iacob ignis: et domus ioseph flam-
ma: et domus esau stipula: et succen-
dentur in eis et devorabunt eos: et non
erunt reliquie domus esau: quia dominus lo-
cutus est. Et hereditabunt hii qui ad
austrum sunt montem esau: et qui in campe-
stribus philistiim: et possidebunt regi-
onem effraim et regionem samarie: et be-
niamin possidebit galaad: et transmi-
gratio exercitus huius filiorum israel om-
nia loca chananeorum usque ad sarep-
tam: et transmigratio ierusalem que in
bosforo est possidebit civitates austri:
et ascendent salvatores in montem
syon iudicare montem esau: et erit
domino regnum amen. Explicit abdias
propheta. Incipit prologus
Sanctum ionam Ione prophete.
hebrei affirmant filium
fuisse mulieris vidue sareptene.
quem helyas propheta mortuum suscita-

uit. ī matre postea dicente ad eū. nūc
cognoui q̄ uir dī es tu. ⁊ u̅bū dī in
ore tuo uerū ē. Ob hanc causam eci
am ipm̄ puerū sic uocauit amathi.
Amathi eni͠ nr̄a lingua ueritatē
sonat. ⁊ ex eo q̄ helyas uerū locut͛
ē. ille q̄ suscitatus ē filī eē dicit͛ ueri
tatis. Ideo de ueritate columba nasci
tur. quia iona columbam sonat. In
condempnacionē aūt ionas isrl̄ ad ge
tes mittitur. qd̄ niniue agente peni
tentiā. isrl̄ in malicia ꝑseuerent. Te
porib; q̄ppe Ieroboe regis isrl̄ q̄ deo
derelicto cū ꝑplo suo in samaria ydol̄
sacrificauerat. ionam ꝓpham fuisse
hystoria quarti libri regum indicat.
Sed cū ꝓpha illuminante peccatores ci
uitatis niniue dī misa; conseruaturos
uideret. ne falsa ꝑdicare uideretur.
ad denunciandū interitū eiusdem ciui
tatis ire nolebat. Nam sic͛ ds̄ ad abra
ham de impietate sodomoꝝ ⁊ gomor
reoꝝ locutus ē. clamor sodomoꝝ ⁊ go
morreoꝝ ꝑuenit ad me. ita ⁊ de nini
ue dicitur; eo qd̄ ascenderit clamor
malicie eī ad dn̄m. Et q̄a sententia dī
de sodomis facta minime reuocata ē.
ita ⁊ ionas ad iussus niniue platam sē
tentiā reuocari nolebat. diuine dispē
sationis ignarus. que salutē homi
nū ad se conuertentū magis uult quā
interitū. Hoc illi accidit qd̄ ⁊ scō
helyseo. qui filiū sunamitis mulieris
mortuū ignorabit. Sed a conspectu
dī ionas fugere se putabat. humanū
aliqd̄ passus. dicente dauid. Quo ibo
a spū tuo. ⁊ quo a facie tua fugiam.

Explicit prolog⁹. Incipit

Et factū ē Jonas ꝓpheta.
uerbū dn̄i ad ionam filiū
amathi dicens. Surge uade in nini
uen ciuitatē grandē ⁊ p̄dica in ea. q̄a
ascendit clamor malicie eī corā me.
Et surrexit ionas. ut fugeret in thar
sis a facie dn̄i. Et descendit ioppen. ⁊
inuenit nauē euntē in tharsis. ⁊ dedit
naulū eī ⁊ descendit in eā. ut iret cū
eis ī tharsis a facie dn̄i. Dn̄s aūt misit
uentū magnū ī mare. ⁊ facta ē tempe
stas magna ī mari. ⁊ nauis piclitaba
tur cōteri. Et timuerūt naute. ⁊ clama
uerunt uiri ad dm̄ suū. ⁊ miserunt
uasa q̄ erant ī naui in mare. ut alleui
aretur ab eis. Et descendit ionas ad in
teriora nauis. ⁊ dormiebat sopore gra
ui. Et accessit ad eū gubernator. ⁊ dix
ei. Qd̄ tu sopore depmeris. Surge
inuoca dm̄ tuū. si forte cogitet ds̄ de
nob. ⁊ n̄ ꝑeam. Et dixit uir ad colle
gam suū. Venite ⁊ mittam sortes.
⁊ sciam quare hoc malū sit nob. Et
miserunt sortes. ⁊ cecidit sors sup io
nā. Et dixerūt ad eū. Indica nobis. cu
ī causa mali illud sit nob. Qd̄ ē opus
tuū ⁊ q̄ terra tua. ⁊ quo uadis. uel ex
quo ꝑplo es tu. Et dixit ad eos. Hebre
us ego sum. ⁊ dn̄m dm̄ celi ego timeo.
q̄ fecit mare ⁊ aridam. Et timuerūt
uiri timore magno. ⁊ dixerūt ad eum.
Qd̄ hoc fecisti. Cognouerunt ē uiri.
qd̄ a facie dn̄i fugeret. q̄ indicaue
rat eis. Et dixerunt ad eū. Qd̄ faci
em̄ t. ⁊ cessabit mare a nob. Quia
mare ibat ⁊ intumebat sup eos. Et
dixit ad eos. Tollite me ⁊ mittite in
mare. ⁊ cessabit mare a uob. Scio eni͠
ego q̄m ꝑ me tempestas hec grandis
ē sup uos. Et remigabant uiri
ut reuerterentur ad aridam. ⁊ n̄ uale
bant. q̄ mare ibat ⁊ intumescebat.

super eos. Et clamaverunt ad dominum:
et dixerunt. Quesumus domine ne pereamus in
anima viri istius: et ne des super nos san
guinem innocentem: quia tu domine sicut
voluisti fecisti. Et tulerunt ionam
et miserunt in mare: et stetit mare a fer
vore suo. Et timuerunt viri timo
re magno dominum: et immolaverunt
hostias domino et voverunt vota. Et
preparavit dominus piscem grandem: ut
deglutiret ionam. Et erat ionas
in ventre piscis tribus diebus et tribus
noctibus. Et oravit ionas ad dominum de
um suum de utero piscis: et dixit. Cla
mavi de tribulatione mea ad dominum:
et exaudivit me. De ventre inferi
clamavi et exaudisti vocem meam: et
proiecisti me in profundum in corde ma
ris: et flumen circumdedit me. Om
nes gurgites tui et fluctus tui super
me transierunt: et ego dixi. Abiectus
sum a conspectu oculorum tuorum. Verum
tamen rursum videbo templum sanctum
tuum. Circumdederunt me aque usque
ad animam meam. abyssus vallavit me.
et pelagus operuit caput meum. Ad
extrema montium descendi: terre vec
tes concluserunt me in eternum: et subleva
bis de corruptione vitam meam domine deus
meus. Cum angustiaretur in me anima
mea domini recordatus sum: ut veniat
ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.
Qui custodiunt vanitates: frustra
misericordiam suam derelinquunt. Ego autem
in voce laudis immolabo tibi: quecumque vo
vi reddam pro salute mea domino. Et
dominus dixit pisci: et evomuit ionam in
aridam. Et factum est verbum domini ad ionam
secundo dicens. Surge et vade in ninivem
civitatem magnam: et predica in ea predica
tionem quam ego loquor ad te. Et surrexit
ionas: et abiit in civitatem nineven
iuxta verbum domini. Et ninive erat civi
tas magna itinere dierum trium. Et ce
pit ionas introire in civitatem itinere
diei unius: et clamavit et dixit. Ad
huc quadraginta dies et ninive sub
vertetur. Et crediderunt viri ninivite
in deum et predicaverunt ieiunium: et vesti
ti sunt saccis a maiore usque ad minorem.
Et pervenit verbum usque ad regem ninive:
et surrexit de solio suo: et abiecit ve
stimentum suum a se et indutus est sacco:
et sedit in cinere. Et clamavit et dixit.
in ninive ex ore regis et principum eius
dicens. Homines et iumenta et boves
et pecora non gustent quicquam nec pascantur:
et aquam non bibant. et operiantur ho
mines saccis: et iumenta clament
ad dominum in fortitudine: et convertatur
vir a via sua mala et ab iniquitate que
est in manibus eorum. Quis scit si convertatur
et ignoscat deus: et revertatur a furore ire
sue: et non peribimus. Et vidit deus opera
eorum. quia conversi sunt de via sua mala. et mi
sertus est deus super malitiam quam locutus
fuerat ut faceret eis et non fecit. Et af
flictus est ionas afflictione magna.
et iratus est: et oravit ad dominum et dixit.
Obsecro domine: numquid non hoc est verbum
meum cum adhuc essem in terra mea:
Propter hoc preoccupavi ut fugerem in
tharsis. Scio enim quia tu domine deus cle
mens et misericors es. paciens et mul
te miserationis. et ignoscens super
malitia. Et nunc domine tolle animam
meam queso a me: quia melior est mihi
mors quam vita. Et dixit dominus Putas
ne bene irasceris tu: Et egressus est
ionas de civitate et sedit contra orien

te civitatis: et fecit sibimet ibi umbraculum et sedebat subter illud in umbra donec videret quid accideret civitati. Et preparavit dominus deus hederam et ascendit super caput ione: ut esset umbra super caput eius et protegeret eum. laboraverat enim. Et letatus est ionas super hedera leticia magna. Et preparavit deus vermem ascensu diluculi in crastinum: et percussit hederam et exaruit. Et cum ortus fuisset sol precepit dominus vento calido et urenti: et percussit sol super caput ione et estuabat. Et petivit anime sue ut moreretur: et dixit. Melius est mihi mori quam vivere. Et dixit dominus ad ionam. Putasne bene irasceris tu super hederam? Et dixit. Bene irascor ego usque ad mortem. Et dixit dominus. Tu doles super hederam in qua non laborasti neque fecisti ut cresceret: que sub una nocte nata est et una nocte periit: et ego non parcam ninive civitati magne: in qua sunt plus quam centum .xx. milia hominum qui nesciunt quid sit inter dexteram et sinistram suam: et iumenta multa? Explicit Ionas propheta. Incipit prologus michee prophete.

Temporibus ioathe achaz et ezechie regum iuda michaeam prophetam ad hanc prophetiam spiritu sancto repletum fuisse lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero regum ioatham et ezechiam deo ob religionem placuisse historia libri quarti regum et secundi paralipomenon indicant. Achaz vero relicto deo ydola samarie et syrie coluit etiam filios suos in sacrificium igni concremandos obtulerat voluisse constat. Quam obrem deus samariam que reges israel et iuda memoratorum simulacrorum superstitione fefellerat increpans indignatione sua meam pestiferam comminatus est ipso etiam israel et prevaricatori et principibus eius quoque eiusdem ipsum fallaci suasione adcolenda idola compulerant: urbis insequentibus captivitatem et interitum affuturum denuntiavit. Explicit prologus. Incipit micheas propheta.

Verbum domini quod factum est ad micheam morasthiten in diebus ioathan achaz et ezechie regum iuda: quod vidit super samariam et ierusalem. Audite populi omnes et attendat terra et plenitudo eius: et sit dominus deus vobis in testem. Dominus de templo sancto suo: quia ecce dominus egredietur de loco suo: et descendet et calcabit super excelsa terre: et consumentur montes subtus eum: et colles scindentur sicut cera a facie ignis: sicut aque que decurrunt in preceps. In scelere iacob omne istud: et in peccatis domus israel. Quod scelus iacob? nonne samaria? Et que excelsa iude? nonne ierusalem? Et ponam samariam quasi acervum lapidum in agro cum plantatur vinea: et detraham in vallem lapides eius et fundamenta eius revelabo. Et omnia sculptilia eius concidentur: et omnes mercedes eius comburentur igni: et omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt: et usque ad mercedem meretricis revertentur. Super hoc plangam et ululabo. vadam spoliatus et nudus. faciam planctum velut draconum: et luctum quasi struthionum: quia desperata est plaga eius: quia venit usque ad